Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



14

ituris. Esuriui enim et dedistis mihi mandu
care. et cætera huius modi. Sed aliud est esse sine pec
cato. quod de solo in hac uita unigenito
dictum est. aliud esse sine querela. quod de
multis iustis et in hac uita dici potuit.
quomodo est quidam modus bonę uitę. de quo et in is
ta humana conuersatione iusta querela esse
non possit. Quis enim iustę queritur de homine
qui nemini malę uult. et quibus potest fide
liter consulit. nec contra cuiusquam iniurias
tenet libidinem iudicandi. ut ueracitur
dicat. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. et tamen
eo ipso quod uerum dicit. dimitte sicut et nos
dimittere sine peccato se non esse declarat. In
de est quod dicit. Nichil erat iniquum in ma
nibus meis. sed oratio mea munda. Nunc erat
munda oratio quia ueniam non iniustę petebat.
qui ueracitur dabat. Et quod dicit de domino. conten
ciones enim multas meas fecit sine causa. non
ait nullas fecit cum causa sed multas sine
causa. Non enim propter multa peccata eius. fac
tę sunt ei contenciones multę. sed propter pro
bationem pacientię. Nam propter peccata sine quibus ut
alibi confitetur non fuit. pauciora se pati